

ore defuerunt et circum dant civitatem
atque in eo se doctos arbitrantur si
alijs detrahant orationum vestra
dilectos opponatis. Ego scies hu
militate mea illi sepe sentencie re
cordabor. Dixi custodiā vias me
as ut non delinquā in lingua. Posui
et in meo custodiā cum cōsisteret pec
cator aduersum me Obmutui et hu
miliatus sum et filii de bonis.

**Explicit prologus. Incipit liber
regum primus. Cap. i.**

A Vit vir vnus de ra
mathaim sophim
de monte ephraim
et nomen eius helcha
na filius itzerobaim
filii helia. filii thut. filii suph. eu
frater et habuit duas uxores no
men vni anna et nomen secunde fene
na. Fueruntque fenenne filii. ane ac
non erant liberi. Et ascendebat vir
ille de civitate sua statutis diebus
ut adoraret et sacrificaret domino ex
ercituum in silo. Erant autem ibi duo fi
lij heli omnia fines sacerdotes do
mini. Venit ergo dies et imola
uit helchana deditque fenenne ux
ori sue et cunctis filiis eius et filiabus
partes. Anne autem dedit partem vnā
tristis quia annā diligebat dominus ac
cōduserat vuluā eius. Affligebat
que eā emula eius et vehementer age
bat intuenti ut exproberet quod dominus
aduulisset vuluā eius. Sicque fatiebat
per singulos annos cum redeunte tem
pore ascenderet ad templum domini et sic p
uocabat eā. Porro illa flebat et
non capiebat cibum. Dixit ergo ei
helchana vir suus. Anna cur fies

et quare non comedis et quā ob rem affli
git cor tuum. Numquid non ego melior ti
bi sum quam decem filij. Surrexit autem ana
postquam comedat et biberat in silo.
Et heli sacerdote sedente super sellas
ante postes domus domini. cum esset ana
amaro animo orauit ad dominum
flens largiter et votum vouit dicens
domine exercituum si respiciēs videris
afflictioz famule tue et recordat
mei fueris nec oblitus ancille tue
dederisque serue tue sexum virilem da
bo eum domino omnibus diebus vite eius
et nouacula non ascendet super caput
eius. Factum est autem cum illa multipli
caret preces coram domino ut heli ob
uaret os eius. Porro ana loqueba
tur in corde suo tamque labia eius
mouebantur et vox penitus non audie
batur. Estimauit ergo eā heli tem
ulentā dixitque ei. Visque ebria
eris. Digere paulisper vinum quod mades
Respondens ana nequaquam inquit domine mi
sera mulier infelix nimis ego sum vi
numque et omne quod inebriare potest
non bibi sed effudi animam meā in cō
spectu domini. Ne reputes ancillam tuā
quasi vnā de filiabus helial quia ex
multitudine doloris et meroris mei
locuta sum usque in presens. Tunc he
li ait ei. Vade in pace et deus israel
det tibi peticoz tuā quā rogasti
eū. At illa dixit. Vtinam inueniat
ancilla tua gratiā in oculis tuis. Et
abijt mulier in viā suā et comedit
vultusque illius non fuit amplius in di
uersa mutati. Et surrexerunt mane
et adorauerunt coram domino reuersique
fuerunt et venerunt in domum suā rama
tha. Cognouit autem helchana an
nam uxorem suā et recordat^{ur} est eius
dominus. Et factum est post circuitum dierum

F.

cōcepit āna et pepit filiū. **V**oca-
uitq; nomē ei⁹ sāul eo q̄ a dño
postulass; eū. **A**scēdit aut̄ vir ei⁹
helchana et om̄is domus eius vt
ymolaret dño hostiā sollemnē et
voti suū et anna nō ascēdit. **D**ixit
enī viro suo. **N**ō vadā donec ab
lactes ifans et ducā eū vt appare-
at ante ospectū dñi et maneat ibi
iugiter. **E**t ait ei helchana vir su⁹
Fac qđ bonū tibi videtur et mane
donec ablactes eū: p̄corq; vt imple-
at dñs v̄bu; suū. **M**āsit ergo mu-
lier et lactauit filiū suū donec amo-
ueret eū a lacte. **E**t adduxit eū se-
cū postq̄ ablactauerat i vitul tri-
bus et trib⁹ modijs farine et am-
pluā vimini et adduxit eū ad domū
dñi i sylo. **P**uer aut̄ erat adhuc
ifantulus. **E**t ymolauerūt vitulū
et obtulerūt puerū heli. **E**t ait āna
Obscuro mi dñe: viuūt anima tua
dñe. **E**go sū illa mlier q̄ steti corā
te hic: orans dñm pro puero isto.
Oraui et dedit m̄ dñs peticōez me-
am quā postulauī eū. **I**dcirco et
ego comodaui eū dño cūdis die-
bus quib⁹ fuerit accomodatus
dño. **E**t adorauerūt ibi dominuz.
Et orauit anna et ait. **C**a. ij.:

Exultauit cor meū in dño et
exaltatū ē cornu meū in deo
meo. **D**ilatatū ē os meū sup̄ inimi-
cos meos: q̄ letata sū in salutari
tuo. **N**ō ē sanctus vt ē dñs: neq;
enī est alius extra te et nō ē fortis
sicut deus noster. **N**olite multipli-
care loqui sublimia: gloriātes. **R**e-
cedant vetera de ore vestro. q̄ de⁹
scientiaz dñs est et ipsi p̄parant
cogitacōnes. **A**rcus fortū supera-
tus est et infirmi accēdi sūt robore

Repleti prius p panibus se loca-
uerūt et famelici saturati sūt. **D**o-
nec sterilis pepit plurimos et que
multos habebat filios ifirmata
est. **D**ñs mortificat et viuificat: de-
ducit ad inferos et reducit. **D**ñs
paupem facit et ditat: humiliat
et subleuat. **S**uscitat de puti-
ere egenū et de stercore eleuat paupē
vt sedeat cū p̄ncipib⁹ et solū glo-
rie teneat. **D**ñi enim sūt cardines
terre et posuit sup̄ eos ortem. **P**e-
des sanctorū seruabit et impij in
tenebris cōticescent. q̄ nō i forti-
tudine sua roborabitur vir. **D**ñm
formidabūt adūsarij ei⁹ et super
ip̄os in celis tonabit. **D**ñs iudica-
bit fines terre et dabit imperiū re-
gi suo et sublimabit cornu xpi sui.
Et abiit helchana in ramatha in
domū suā. **P**uer aut̄ eāt minister
in ospectu dñi ante faciē heli sacer-
dotis. **P**orro filij heli. filij belial.
nescientes dñm. neq; officium sa-
cerdotū ad populum. sed quicūq;
ymolasset victimā. veniebat pu-
er sacerdotis dum coquerent car-
nes et habebat fuscinulam triden-
tem in manu sua et mittebat eā
in letetem vel in caldariā. aut in
ollam siue in cacabū et omne qđ
leuabat fuscinula: tollebat sacer-
dos sibi. **S**ic faciebant vniuerso
israheli. venientium in sylo. **E**tiam
anteq̄ adolerent adipē veniebat
puer sacerdotis et dicebat ymolā-
ti. **D**a mihi carnem vt coquaz sa-
cerdoti. **N**on enim accipiam a te
carnem coctam sed crudam. **D**ice-
batq; illi: ymolans. **I**ncendatur
primū iuxta morem hodie adeps
et tolle tibi quātumcūq; desiderat

B.

C.

Z. A

CXXX

F.

G.

Ca. 5.

A.

anna tua. **Q**ui tunc aiebat ei.
Requaqu. **N**unc enim dab alioqui
 tollam vi. **E**rat ergo peccatu pue
 rocu grande nimis cora dno q
 detraheb at hoines sacrificio dni.
Samuel aut mltibat ante fatie
 dni puer accind ephor lineo. a
 tunicā parua fatiebat ei mat sua
 qua afferebat statutis dieb asce
 des cum viro suo ut imolaret ho
 stiam sollempne et votu suu. **E**t be
 nedixit heli helcane a vxori ei di
 xitq ei. **R**eddat tibi dñs semē de
 muliere hac z p fenore qd como
 basti dño. **E**t abierut in locu suu
Visitauit ergo dñs anna a coce
 pit a pepit tres filios a duas fili
 as. **E**t magnificat e puer samu
 el apd dñm. **H**eli autē erat senex
 valde a audiuit omia q faciebāt
 filij sui vniūso israheli a quo doc
 mebat euz mulierib que obser
 uabāt ad ostiū tabnaculi a dixit
 eis. **Q**uare facitis res huiuscemōi
 qd ego audio res pessias ab omi
 populo. **P**olite filij mei. **N**ō eī ē
 lō fama quā ego audio ut trans
 gredi faciatis pplm dñi. **S**i pecca
 uerit vir in viu. placari ei pōt de
 us si aut i dñm peccauerit vir qd
 orabit p eo. **E**t nō audierūt vocē
 pñs sui qd voluit dñs occidē eos
Puer aut samuel pficiebat atq
 crescebat a placebat tam deo q
 hōimb. **V**enit aut vir dei ad he
 li a ait ad eū. **H**ec dñs. **N**ūquid
 nō apte reuelatus sū domui pñs
 tui cū esset in egipto i domo pha
 raōis. **E**t elegi euz ex omib tribu
 b israhel mihi in sacerdotē ut asce
 deret ad altare meū a adoleret mi
 hi incensū a portaret ephor coraz

me a dedi domui pñs tui omnia
 de sacrificijs filiorū isrl. **Q**uāe cal
 te abiecastis victimā meā a mūe
 ra mea que pcepi ut offerrent i tē
 plo a magis honorasti filios tu
 os q me. ut comederetis pmitias
 omis sacrificij isrl populi mei. **P**ro
 pterea ait dñs de isrl. **L**oquēs
 locut sum ut dom tua a domus
 pñs tui mltaret in aspēctū meo
 vsq in sempiternū. **N**ūc autē dī
 cit dñs. **A**bsit hoc a me. **S**ed qcu
 q honorificauit me glorificabo
 eū qui aut cōtēnunt me erunt ig
 biles. **E**cce dies veniūt a pscidaz
 brachiū tuum a brachiū dom
 pñs tui a non sit senex in domo
 tua. **E**t videb emulū tuū in tēplo
 in vniuersis psp̄is isrl a nō erit
 senex in domo tua omib diebus
Verūtāmē nō auferā penit viciū
 ex te ab altari meo. s ut deficiant
 oculi tui. a tatescat anna tua a ps
 magna dom tue moriet cū ad vi
 rilem etatē venerit. **H**oc autē erit
 tibi signū qd venturū est duob
 filijs tuis ophny a finees. **I**n die
 vno morietur ambo. **E**t suscitabo
 mihi sacerdotē fidēl qui iuxta cor
 meū a animā meaz faciet a edifi
 cabo ei domū fidēl a ambulabit
 corā rpo meo cūctis dieb. **F**utu
 rū est autē ut quicūq remāserit i
 domo tua veniat ut oret p eo et
 offerat nūmum argētū a tortaz
 panis dicatq. **D**imitte me obse
 cro ad vnaz ptem sacerdotalem
 ut comedā buccellā pais. **Ca. iij.**
Ver autē samuel ministra
 bat dño corā hely a sermo
 dñi erat pñosus. **I**n dieb illis n
 erat visio manifesta. **F**actum est

ergo in die quadā hely iacebat i lectulo suo et oculi ei caligauerāt nec poterat vidē lucernā dei atēq̃ extinguere. **S**amuel autē dormiebat in tēplo dñi vbi erat archa dei. Et vocauit dñs samuel. Qui rēdēs ait. **E**cce ego. Et cucurrit ad hely et dixit. **E**cce ego. Vocasti em̃ me. Qui dixit. Non vocauī te fili. **R**ētere et dormi. Et abiit et dormiuit. Et adiecit dñs rurſus vocare samuel. **C**ōſurgēs q̃q̃ samuel abiit ad hely et dixit. **E**cce ego. q̃ vocaſti me. Qui rēdit. **N**ō vocaui te fili mi. **R**ētere et dormi. Porro ſāuel necdū ſciebat dñz: neq̃ reuelat⁹ fuerat ei ſmo dñi. Et adiecit dñs et vocauit adhuc samuel tertio. Qui cōſurgēs abiit ad hely et ait. **E**cce ego. q̃ vocaſti me. **I**ntellexit ergo hely q̃ dñs vocaret puez et ait ad samuel. **V**ade et dormi et ſi dēceps vocauit te dices. **L**oquē dñe. q̃ audit ſuus tu⁹. **A**biit g̃ samuel et dormiuit i loco ſuo. Et venit dñs et ſtetit et vocauit ſicut vocauerāt ſecūdo **S**amuel samuel. Et ait samuel. **L**oquē dñe q̃ audit ſuus tuus. Et dixit dñs ad ſamuel. **E**cce ego ſatio ṽbz in iſrl qđ quicūq̃ audiet tinniet ante aures ei⁹. **I**n die illa ſuſcitabo aduerſū hely omnia q̃ locut⁹ ſū ſup domū ei⁹. **I**ncipia et cōplebo. **P**re dixi em̃ ei q̃ indicaturus eſſez domū ei⁹ in eternū p̃p̃t im̃q̃tatē: eo q̃ nouerat indigne agere filios ſuos et nō corripuerit eos. **I**dcirco iurauī domui hely: q̃ nō expietur im̃q̃tas dom⁹ ei⁹ ṽctimis et munerib⁹ vſq̃ in eternū. **D**ormiuit at̃ ſamuel vſq̃ mane: aperuitq̃ oſtia

domus dñi. Et ſamuel timebat in dicare viſiones hely. **V**ocauit g̃ hely ſamuelē et dixit. **S**amuel fili mi. Qui rēdēs ait. **P**reſto ſū. Et interrogauit eū. **Q**uis ē ſmo quez locutus ē dñs ad te. **O**ro te: ne celaueris me. **H**ec ſatiat tibi dē et hec addat: ſi abſcōderis a me ſermonem ex omnib⁹ ṽbis q̃ dicta ſūt tibi. **I**ndicauit itaq̃ ei ſamuel vniūſos ſermones et nō abſcōdit ab eo. Et ille rēdit. **D**ñs ē. **Q**đ tō nū eſt in oculis ſuis ſatiat. **C**reuit aut̃ ſamuel et dñs erat cū eo et nō cecidit ex omnib⁹ ṽbis ei⁹ in et̃a. Et agnouit vniuerſus iſrl a dan vſq̃ berſabee: q̃ fidelis ſamuel propheta eſſet dñi. Et addidit dñs vt appareret i ſylo. qm̃ reuelat⁹ fuerat dñs ſamuel i ſylo iuxta verbū dñi. Et euenit ſermo ſamuelis vniūſo iſraeli. **C**a. iij. **F**actū eſt i dieb⁹ illis: oue nēt philistiim i pugnā. **E**greſſ⁹ eſt namq̃ iſrael obuiam philistiim in plium et caſtrametat⁹ eſt iuxta lapidē adiutorij. Porro philistiim venerūt in affec et inſtruxerūt aciem cōtra iſrl. **I**mito aut̃ certamie terga vertit iſrl philisteis et caſa ſūt in illo certamie paſſim p̃ agros q̃ ſi quatuor milia viroz. Et reuerſus ē populus ad caſtra. **D**ixeruntq̃ maiores natū de iſrl. **Q**uare percūſit nos dominus hodie coram philistiim. **A**fferam⁹ ad nos de ſylo archam federis domini et veniat in mediū noſtri vt ſaluet nos de manu inimic⁹ noſtroz. **M**iſit ergo populus i ſylo et tulerūt inde archa federis dñi exercitū ſedentis ſuper cherubim.

Eratq; duo filij cū archa federis
dñi ofny a finees. Cūq; remissz ar
cha federis dñi in castra. vocifra
t⁹ ē omis isrl damore grādi et p
sonuit fra. Et audierūt philistij
vocē clamoris dixerūtq;. **Q**ue naz
ē hec vox clamoris magni i castris
hebreoz. Et cognouerūt q; archa
dñi remisset i castra. Timuerūtq;
philistijm dicētes. **V**enit de⁹ i ca
stra. Et ingemuerūt dicētes. **V**e
nob. Non em̄ fuit tanta exultacō
heri a nudius tertius. **V**e nob. Quis
nos saluabit de manu deoz sibi
mū istoz. **N**ū sunt dñj q; pousse
rūt egyptum omi plaga in des to
Confortamini a estote viri phili
stijm ne seruiatis hebreis sic a illi
seruiērūt nobis. **C**ōfortami a bel
late. **P**uguerūt ergo philistijm
a cecus ē isrl a fugit vnusquisq;
in tabernaculū suū. Et facta ē plaga
mag̃ nimis a ceciderūt de isrl tri
gitamilia peditū a archa dei cap
ta ē. **D**uo q; filij hely mortui sunt
ofny a finees. **C**urrēs autē vir de
beniamin ex acie venit in sylo in
die illa cistaxeste a conspūs pul
uere caput. **C**ūq; ille remisset he
ly sedebat sup sella; cōi viam ex
pectās. **E**rat autē cor ei⁹ pauēs p
archa dñi. **V**ir autē ille postq; in
gressus ē nūciauit vbi et vtila
uit ois ciuitas. Et audiuīt heli so
nitū clamoris dixitq;. **Q**uis ē hic
sonit⁹ tumult⁹ hui⁹. **A**t ille festi
nauit a venit a nūciauit heli. **H**e
li autē erat nonaginta a octo an
noz a oculi ei⁹ caligauerāt et vi
dere non poterat. Et dixit ad heli
Ego sū qui veni de plio a ego q; de
acie fugi hodie. **C**ui ille ait. **Q**uid

actum ē fili mi. **R**espondēs autē
ille q; nūciabat fugit inq; isrl co
ram philistijm a ruina mag̃ fecā
ē in populo. **I**nsup a duo filij tui
mortui sunt ofny a finees a archa
h dei capta est. **C**unq; ille nōinal
set archā dei cecidit de sella retror
sum in⁹ hostiū a fractis ceruicib⁹
mortu⁹ ē. **S**enex em̄ erat vir a grā
deu⁹ a ipē iudicauit isrl quadēgi
ta annis. **N**ur⁹ autē eius vxor fine
es pregnās erat vicinaq; partui.
Et audito nūtio q; capta esset ar
cha dei a mortu⁹ essz socer suus a
vir su⁹ incuruauit se a pepit. **I**ru
erant em̄ in eā dolores sibi. **I**n ip
so autē momēto mortis ei⁹ dixerūt
ei q; stabant cū eaz. ne timeas q;
filiū pepisti. **Q**ue nō rīdit eis ne
q; animadūit. **E**t vocauit puez
ychabot dicēs. **T**rāslata ē gloia
dñi de isrl q; capta ē archa dei. **E**t
p socro suo a p viro suo ait. **T**ris
lata ē gloia ab isrl eo q; capta es
set archa dei. **C**a. v.

Didistijm autē tulerūt archā
dei a asportauerūt eam a la
pide adiutorij in azotū. **T**ulerūt
q; philistijm archā dei a intulerūt
eam in tēplo dagon et statuerūt
eam in⁹ dagon. **C**ūq; surrexissent
diluculo azotij altēa die ecce da
gon iacebat pnus in terra an⁹ ar
chā dñi. **E**t tulerūt dagon a resti
tuerūt eum in locū suum. **R**ursūq;
mane die altēa cōsurgentes inue
nerūt dagon iacētē sup faciem
suā in fra corā archa dñi. **C**aput
autē dagon a due palme manu
um eius abscise erāt sup limen;
porro dagon solus trūcus remā
serat in loco suo. **P**ropter hanc

CXXXI

G.

A.

B.

C.
D.
E.
F.
G.
causam si calcant sacerdotes dagon
et omnes qui ingrediuntur templum eius
super limen dagon in azoto usque in ho-
diernum die. Aggravata est autem ma-
nus domini super azotos et demolitus
est eos. Et percussit in secretiore parte
nativum azoti et fines eius et ebulli-
erunt ville et agri in medio regionis
illi et nati sunt mures et facta est co-
fusio mortis magne in civitate. Vi-
dentes autem viri ozoti huiusmodi
plagam dixerunt. Non maneat archa
dei israel apud nos: quoniam dura est man-
us eius super nos et super dagon deum no-
strum. Et mittentes congregaverunt
omnes satrapes philistinorum ad se
et dixerunt. Quid faciemus de archa
dei israel? Rursumque gethei Cir-
cūdūcat archa dei israel. Et circū-
duxerunt archam dei israel. Illis autem
circūdūcentibus eam fiebat manus
domini dei super singulas civitates in-
fectionis magne nimis et percie-
bat viros uniuscuiusque urbis a
parvo usque ad maiorem et computre-
scebant prominentes extales eorum.
Inieruntque gethei consiliū et fecerunt
sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo
archam domini dei in accharon. Cumque re-
misset archa domini dei in accharon: ex-
clamauerunt accharonites dicentes.
Adduxerunt ad nos archam dei
israel ut interficiat nos et populum no-
strum. Miserunt itaque et congregaverunt
omnes satrapas philistinorum. Qui
dixerunt. Dimittite archam dei israel
et reuertat in locum suum ut non inter-
ficiat nos cum populo nostro. Fiebat
enim paucior mortis in singulis urbi-
bus et grauissima manus domini dei.
Vir quoque qui mortui non fuerant
percutiebantur in secretiori parte

nativum et ascendeat ululatus unius-
cuiusque civitatis in celum. **Ca. vi.**

Erit ergo archa domini in regi-
one philistinorum septem mensi-
bus. Et post hec vocaverunt phili-
stini sacerdotes et divinos dicen-
tes. Quid faciemus de archa dei?
Indicate nobis: quomodo remit-
tamus eam in locum suum. Qui dixerunt.
Si remittitis archam dei israel nolite
dimittere eam vacuam. Sed quod debetis
ei: reddite pro peccato et tunc curabi-
mini et scietis quare non recedat ma-
nus eius a vobis. Qui dixerunt. Quid
est quod pro delicto reddere debeamus
eius? Rursumque illi. Iuxta numerum
pugnatum philistinorum quoniam annos
aureos facietis et quoniam mures au-
reos: quia plaga una fuit omnibus
vobis et satrapis vestris. Facietisque
similitudines anorum vestrorum et si-
militudines murium qui demoliti sunt
terram et habitis deo israel gloria
si forte releuet manum suam a vobis
et a diis vestris et a terra vestra.
Quare gravatis corda vestra sic
aggravavit egiptus et pharao
cor suum. Nonne postquam percussus est
tunc dimisit eos et abierunt. Nunc
ergo arripite et facite plaustrum
novum unum et duas vacas fetas
quibus non est impositum iugum in-
gite in plastro et reducite vitu-
los earum domum. Tolletisque archam
domini et ponetis in plastro et vasa
aurea que exolvistis ei pro delicto
ponetis in capsella ad latus eius
et dimittite eam ut vadat et aspi-
cietis. Et si quidem per viam fini-
um fuorum ascenderit contra be-
thsamem ipse fecit nobis hoc ma-
lum grande. sin autem minime: sciemus

q̄ nequaquā man⁹ ei⁹ tetigit nos.
sed casu accidit. **F**ecerūt ergo illi
hoc modo ⁊ tollentes duas vac-
cas que lactabāt vitulos iūre
runt ad plaustrū vitulosq; earū
ꝑduferūt domi. **E**t posuerūt archā
dei sup plaustrū ⁊ capsellam q̄ hē-
bat mures aureos ⁊ similitudinē
anorū. **I**bant autē in directū vac-
ce per viam q̄ ducit betsames et
itinere vno ḡ diebant p̄gētes et
mugiētes ⁊ non dedinabāt neq;
ad dextrā neq; ad sinistrā. **S**ed ⁊
satrāpe philistīm seq̄bantur vsq;
ad terminos betsames. **P**orro
betsamite metebant triticū i val-
le. **E**t eleuātes oculos suos vide-
runt archam ⁊ gaudiū sūt cū vidis-
sent. **E**t plaustrū venit in agrū iō-
sue betsamite ⁊ stetit ibi. **E**rat autē
ibi lapis magn⁹. **E**t cōciderunt lig-
na plaustrī vaccasq; imposuerūt
sup ea holocaustū dño. **L**euite at
deposuerūt archā ⁊ capsellā
que erat iux̄ eā in qua erāt vasa
aurea ⁊ posuerūt sup lapidē gran-
dē. **V**iri at betsamite obtulerūt ho-
locausta ⁊ imolauerūt victimas
i die illa dño. **E**t qñq; satrāpe phi-
listinoꝝ viderūt ⁊ reuersi sūt i ac-
charon die illa. **I**ij sūt autē ani-
aurei quos reddiderūt philistīm
p̄ delicto dño. **A**zotus vnū. gaza
vnū. aschalon vnū. geth vnū.
accharon vnū ⁊ mures aureos
s̄m numerū virbū philistīm qñ
q; p̄uinciarū ab vīte murata vsq;
ad villā que erat absq; muro ⁊
vsq; ad atel magnū. sup quē po-
suerūt archā dñi q̄ erat vsq; illa
die i agro ioseph betsainis. **P**er-
cussit autē dñs de viris betsamitib⁹

eo q̄ vidissent archā dñi ⁊ percus-
sit de p̄plo septuaginta viros ⁊ qñ
quaginta familia plebis. **L**uxitq; po-
pul⁹ eo q̄ dñs percussit plebē pla-
ga magna. **E**t dixerūt viri betsai-
te. **Q**uis poterit stare in cōspectu
dñi dei s̄acti hui⁹. **E**t ad quē ascē-
det a nobis. **M**iserūtq; nuncios
ad hitatores cariatthiarim dicen-
tes. **R**eduxerūt philistīm archā
dñi descēdite ⁊ reducite eā ad vos.

CX4.
Uenerūt ergo **Ca. vii.**
viri cariatthiarim ⁊ reducere
rūt archā dñi ⁊ intulerūt eam in
domū aminadab in gabaa. **E**lea-
zā autē filiū eius s̄cificauerūt
ut custodiret archā dñi. **E**scm̄ ē
ex q̄ die m̄sit archa dñi in caria-
thiarim multiplicati sūt dies. **E**āt
quippe iā ānus viceſim⁹. **E**t rege-
uit om̄s dom⁹ isrl̄ post dñm. **A**it
autē samuel ad vniūsam domū
isrl̄ dicens. **S**i i toto corde vestro
reuertimini ad dñm auferte deos
alienos de medio vrm̄ baalim ⁊
astarothe ⁊ prepare cor da v̄ra do-
mino ⁊ seruite ei soli ⁊ eruet vos
de manu philistīm. **A**bstulerūt
ergo filij isrl̄ baalim ⁊ astarothe
⁊ fruerunt dño soli. **D**ixit autem
samuel. **C**ōgregate vniūsam isrl̄
in masphat ut orem p̄ vos dñm
Et conuerūt in masphat. **H**ause-
runtq; aquā ⁊ effuderūt i cōsp̄cū
dñi ⁊ ieiunauerūt in die illa ⁊ dix-
erunt. **T**ibi peccauim⁹ dñe. **J**udi-
cauitq; samuel filios isrl̄ in mas-
phat. **E**t audierunt philistīm q̄
agregati ēent filij isrl̄ i masphat
⁊ ascēderunt satrāpe philistinoꝝ
ad isrl̄. **Q**uod cū audissent filij
isrl̄ timuerūt a facie philistinoꝝ

Dixeruntque ad samuelem: **N**e cesses pro nobis clamare ad dominum deum nostrum ut saluet nos de manu philistinorum. Tulit autem samuel agnū lactentē unū et obtulit illi holocaustū integrū domino. Et clamavit samuel ad dominum pro israel et exaudiuit eū dominus. Factū est autē cū samuel offerret holocaustū: philisteos mire bellū contra israel. In tonuit autē dominus fragore magno in die illa super philistinim et exterruit eos et ceciderunt a filiis israel. Egressique viri israel de masphat persecuti sunt philisteos et percusserunt eos usque ad locū quod erat sub bethchar. Tulit autem samuel lapidē unū et posuit eū inter masphat et inter sen et vocavit nomē loci illius: lapis ad intorquē. Dixitque. Ducusque auxilia tus est nobis dominus. Et humiliati sunt philistinim: nec appropinquaverunt ultra ut venirent in terminos israel. Facta est itaque manus domini super philisteos cunctis diebus samuelis et redierunt sunt vires quās tulerat philistinim ab israel israeliti: ab accharō usque geth et terminos suos. Libavitque israel de manu philistinorum: eratque pax inter israel et amorreū. Iudicabatque samuel israel cunctis diebus vite sue et ibat per singulos annos circueiens bethel et galgala et masphat et indicabat israelitē in super dictis locis. Revertebaturque in ramatha: ibi enim erat domus eius et ibi indicabat israelitē. Edificavit etiā ibi altare domino. **Ca. viii.**

Factū est autem cū tenuisset samuel: posuit filios suos iudices israel. Fuitque nomen filij eius primogeniti iobele et nomen

secundi abia: in dicum in bethsabee. Et non ambulaverunt filij illius in vijs eius. sed declinaverunt post avaritiam acceperuntque munera et puerterunt iudicium. Congregati ergo universi maioris natu israel venerunt ad samuelem in ramatha dixeruntque ei. Ecce tu tenuisti et filij tui non ambulant in vijs tuis. Constitue nobis regē ut iudicet nos sicut et universi habent nationes. Displacuitque sermo in oculis samuelis. eo quod dixissent. Da nobis regē ut iudicet nos. Et oravit samuel ad dominum. Dixit autē dominus ad samuelem. Audi vocē populi: in omnibus quod loquuntur tibi. Non enim abiecerit te sed me: ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua que fecerunt a die quod eduxi eos de egipto usque ad diem hanc sicut dereliquerunt me et servierunt dominis alienis: sic faciunt etiā tibi. Nunc ergo vocē eorum audi. Verū tamen cōtestare eos et predic eis in nomine regis quod regnabit super eos. Dixit itaque samuel omnia verba domini ad populum quod petierat a se regē et ait. Hoc erit in nomine regis quod imperabitur vobis. Filios vestros tollet et ponet in curribus suis. fatietque sibi equites et precursores quadrigarū suarum et constituit sibi tribunos et centuriones et aratores agrorum suorum et messorēs segetū et fabros armorū et curruū suorum. Filiasque vestras fatiet sibi vnguentarias et focarias et panificas. Agrosque vestros et vineas et oliveta optima tollet et dabit servis suis. Sed et segetes vestras et vinearū redditus addetabit ut det eunuchis et famulis suis

Sermos etiā vestros et ancillas et
iuuenes optimos et afinos aufe
ret et ponet in ope suo. Greges quō
vros addecimabit vos quō eritis ei
serui. Et clamabitis in die illa a fa
cie regis vestri quē elegistis vob
et nō exaudiet vos dñs in die illa
quē petistis vobis reges. Noliū autē
popul⁹ audire vocē samuel s; dix
erūt. Nequaquā. Rex enī erit super
nos et erim⁹ nos quō sicut dñes gē
tes et iudicabit nos rex noster et
egrediet⁹ aī nos et pugnet⁹ bella
nra p nobis. Et audiuit samuel
ōmīa verba ppli et locut⁹ ē ea i au
rib⁹ dñi. Dixit autē dñs ad samu
elē. Audi vocē eorū et constitue su
per eos regē. Et ait samuel ad vi
ros isrl. Vadat vnusquisq; in ci
uitatē suam. **Ca. ix.**

Erat vir de beniamin noi
ne cis fili⁹ abiel. filij seor. fi
lij bechor. filij sareth. filij aphia.
filij viri iemini fortis robō ē. Et erat
ei fili⁹ vocabulo saul elect⁹ et bon⁹
et non erat vir de filiis isrl meli
or illo. Ab humeo ad furem emie
bat sup dñes populū. Perierant
autē afine eis pīs saul. Et dixit
eis ad saul filium suū. Tolle tecū
vnū de pueris et cōfugens vade
et quere afinas. Qui cū trāsissent
p montē ephraim et p terrā salisa
et nō inuēissent. trāsierūt etiā p
terrā salim et nō erant sed et p trā
gemini et minime repereūt. Cum
autē venissent in terrā suph dixit
saul ad puerū q; erat cū eo. Veni
et reuertamur ne forte dimiserit pa
ter me⁹ afinas et sollicit⁹ sit p no
bis. Qui ait ei. Ecce vir dei ē in ciui
tate hac vir nobilis dñe qd loq;

tur sine ambiguitate venie. Nūc er
go eam⁹ illuc si forte indicet nob
de via nra ppter quā venim⁹. Dix
itq; saul ad puerū suū. Ecce ibi
m⁹. Quid ferem⁹ ad virū dei. Pa
mis deficit in fistarcijs nris et spor
tulam nō hēmus ut dem⁹ hōi dei
nec quicquid aliud. Rursus puer re
spōdit sauli et ait. Ecce inuēta ē in
manu mea qūta pars stateris ar
genti dem⁹ hōim⁹ dei ut indicet no
bis viam nra. Olim in isrl sic lo
quebat⁹ vn⁹ q;sq; vadens cōsulere
deū. Venite et eam⁹ ad videntem.
Qui ei pphā dicit⁹ hodie vocabat⁹
olim vidēs. Et dixit saul ad puer
suū. Optim⁹ sermo tuus. Veni ea
m⁹. Et ierunt in ciuitatē in q; erat
vir dei. Cūq; ascenderēt diuū ciui
tatis inuenerūt puellas egredie
tes ad hauriēdā aquā et dixerūt
eis. Num h; est videns. Que rēde
tes dixerūt illis. Hic ē. Ecce aī te.
Festina nūc. hodie enī venit in ci
uitatē q; sacrificiū est hodie popu
li in excelsio. Ingredietes vltē sta
tim inuēietis eū aīq; ascēdat ex
cellsum ad vescedum. Neq; enī co
messur⁹ est populus donec ille ve
niat q; ipse bñdicet hostie et dem
ceps comedēt qui vocati sūt. Nūc
ergo cōscendite q; hodie repietis
eum. Et ascenderūt in ciuitatē. Cū
q; ambularet in medio vrbis ap
paruit samuel egrediēs obuiam
eis ut ascēderet in excelsū. Dñs at
reuelauerat auriculaz samuelis
ante vnā diem q; veniret saul di
cens. hac ipsa hora q; nūc ē cras
mittā viꝝ ad te de fra beniamin
et vnges eum duce; sup pplm me
um isrl. Et saluabit pplm meū de

manu philistinoꝝ: qꝫ respexi pplz
meum. **V**enit em̃ clamor eorū ad
me. **C**ūqꝫ aspersisset samuel saulē
dñs dixit ei. **E**cce vir quē dixerā ti
bi. **I**ste dñabitꝫ pꝫo meo. **A**ccessit
autē saul ad samuelez in medio
porte ⁊ ait. **I**ndica oro mibi: vbi
est domus videntis. **E**t respōdit
samuel sauli dicēs. **E**go sū vidēs.
Ascende ante me in excelsū vt co
medas mecū hodie ⁊ dimittaz te
mane et omnia q̃ sunt i corde tuo
indicabo tibi. **E**t de asinis quas
nudius tertius pꝫdidisti ne sollicit⁹
sis. quia inuēte sūt. **E**t cuius erūt
optima queqꝫ isrl. **N**onne tibi ⁊
omni domui pꝫis tui. **R**espōdens
autē saul ait. **N**unqꝫd nō fili⁹ ie
mini ego sū de minima tribu isrl
et cognacō mea nouissima inter
oēs familias de tribu beniamin. **Q**
uare ergo locutes mibi sermo
nē istū. **A**ssumens itaqꝫ samuel
saulem ⁊ puerū eius: intro duxit
eos in tridimū ⁊ dedit eis locum
in capite eorū qui fuerāt inuitati.
Erāt ei quasi triginta viri. **D**ixitqꝫ
samuel coco. **D**a ptem quā dedi
tibi ⁊ pꝫcepi vt reponeres seorsum
apud te. **L**euauit atꝫ cocus armū
et posuit ante saul. **D**ixitqꝫ samu
el. **E**cce qꝫ remansit: pone ante te
et comedet. qꝫ de industria seruatus
est tibi qñ pplm vocauit. **E**t come
dit saul cū samuele in die illa. **E**t
descēderūt de excelsō in opidū ⁊ lo
cutus est cū saule in solario: stra
uitqꝫ saul in solario et dormiuit.
Cūqꝫ mane surrexissent ⁊ iā dies
lutescēt vocauit samuel saulē i so
lario dicēs. **S**urge vt dimittā te. **E**t
surrexit saul. **E**gressi sūt ambo: ipse

videlicet ⁊ samuel. **C**ūqꝫ descende
rent i extrema pte citatis: samuel
dixit ad saul. **D**ic puero vt ante
cedat nos ⁊ trāseat. **T**u atꝫ sūfiste
paulisper vt indicē tibi vbu dñi.

Olit autē samuel. **C**a. r.
lenticulā olei ⁊ effudit super
caput ei⁹ ⁊ deosculat⁹ ē eū et ait.
Ecce vnxit te dñs sup hereditateꝫ
suā in pꝫncipē ⁊ literabis pplz suū
de manib⁹ inimicorū ei⁹ q̃ in circui
tu ei⁹ sunt. **E**t hoc tibi signū: qꝫ vn
xit te deus in pꝫncipē. **C**ūqꝫ abiis
hodie a me: inuenies duos viros
iux sepulchrū rachel in finib⁹ be
niamin i meridie: dicētqꝫ tibi. **I**n
uente sūt asine ad qꝫs ieras pꝫqui
rendas ⁊ inmissis pater tu⁹ asi
nis sollicit⁹ ē p vob ⁊ dicit. **Q**uid
fatia de filio meo. **C**unqꝫ abieris
inde ⁊ vltē trāseris ⁊ veneris ad
quercū thabor: inuenient te tres
virī ascendentes ad deū in bethel:
vnus portās tres hedos et alius
tres tortas panis ⁊ alius portās
lagenā vim. **C**ūqꝫ te salutauerit
dabūt tibi duos panes ⁊ accipi
es de manu eorū. **P**ost hec venies
in collē dñi vbi ē statio philistio
rum. **E**t cū ingressus fueris ibi vt
bē: obuiū habebis gregē pꝫhetarū
descēdentū de excelsō et ante eos
psalteriū ⁊ timpanū ⁊ tibiaz et ci
tharam. ipso sꝫqꝫ pꝫhetates ⁊ infi
liet in te spiritus dñi ⁊ pꝫhetabis
cum eis et mutaberis i virū aliū.
Quādo ergo euenerint signa hec
om̃ia tibi: fac quecūqꝫ inuenerit
manus tua: qꝫ dñs est tecū. **E**t de
scēdes ante me i galgala. **E**go qꝫ
pe descēdā ad te vt offeras obla
tōez ⁊ ymoles victias pacificas

Septē dieb⁹ expectab⁹ donec ve
niā ad te a oñdam tibi q̄ facias.
Itaq; cum autisset humer⁹ suum
ut abiret a samuele immutauit ei
de⁹ cor aliud et venerūt om̄ia fiḡ
hec in die illa. Venerūtq; ad pre
dictū collem ⁊ ecce cune⁹ ppharū
obiū⁹ ei. Et insiluit sup eum spūs
dñi ⁊ pphauit in medio eorū. Vi
dentes aut̄ om̄es qui nouerāt euz
heri ⁊ nudius tert⁹ q̄ eēt cū pphē
tis ⁊ ppharet dixerūt adinuicem
Que nā res accidit filio cis. **N**uz
⁊ saul inter pphas. Rūditq; ali⁹
ad alter⁹ dicens. Et cis pat̄ eius.
Propt̄ea versū ē in puerbiū. Nū
⁊ saul inter pphas. Cessauit au
tē pphare ⁊ venit ad excelsum. Dixit
q; patru⁹ saul ad eū ⁊ ad puerū
eius Quo abiistis. Qui rēderunt.
Querere afinas. Quas cū nō repe
rissē⁹ venim⁹ ad samuelem. Et di
xit ei patru⁹ su⁹. Indica mihi qd
dixerit tibi samuel. Et ait saul ad
patruū suū. Indicauit nobis qd
inuenite eēnt afinē. De sermōe at̄
regni nō indicauit ei quē locut⁹
fueāt ei samuel. Et cōuocauit samu
el pplm ad dñm in masphat ⁊ ait
ad filios isrl. Hec dicit dñs deus
israhel. Ego eduxi israhel de egip
to ⁊ erui vos de manu egipcorū
⁊ de manu om̄iū regū qui afflige
bāt vos. Vos at̄ hodie piecistis
dñm deū vrm qui solus saluauit
vos de vniūsis malis ⁊ tribulaci
onib⁹ vris ⁊ dixistis. Nequaquā
regē cōstitue sup nos. Nūc ergo
state corā dñō p trib⁹ vestras ⁊
per familias. Et applicauit samu
el om̄es trib⁹ isrl ⁊ cecidit fors su
p tribum beniamin. Et applicauit

tribū beniamin ⁊ cognatōes ei⁹
⁊ cecidit sup cognatōem metri ⁊
puenit vsq; ad saul filiū cis. Que
fierūt ergo eum ⁊ nō ē inuentus
illic. Et confuluerūt p⁹ hec dñm
vtz namrēturus essz illuc. Respo
ditq; dñs. Ecce abscondit⁹ ē domū.
Cucurrerūt itaq; ⁊ tulerūt eum in
de stetitq; in medio ppli ⁊ alcior
fuit vniūso populo ab hūero et
sursum. Et ait samuel ad om̄ē po
pulū. Certe videtis quē elegit do
min⁹ qm̄ nō sit similis illi in om̄i
populo. Et clamauit oīs popul⁹
⁊ ait. Viuat rex. Locutus ē at̄ sa
muel ad pplm lege⁹ regni ⁊ scrip
sit in libro ⁊ reposuit corā dñō. Et
dimisit samuel oēs pplm singlos
i domū suā. Sed ⁊ saul abiit in do
mū suā in gabaath. Et abiit cum
eo pars exercitus quorū tetigeāt
de⁹ corda. Filij vero belial dixerūt
Nū saluare nos poterit iste. Et de
spererūt eū ⁊ non attulerūt ei mu
nera. Ille vero dissimulabat se au
dire. **Capitulu. xi.**

Et factū est qñ post mēsem
ascēdit naas amōites ⁊ pug
re cepit aduersuz iates galaad
dixeruntq; om̄es viri iates ad na
as. Dēto nos federatos ⁊ seruiē
m⁹ tibi. Et respōdit ad eos naas
amonites. In hoc feriā vobiscū fe
d⁹ ut erua om̄iū vestz oculos dex
tros ponāq; vos opprobriū i vni
uerso isrl. Et dixerūt ad eū semio
res iates. Cōcede nobis septēz di
es ut mittam⁹ nūcios ad vniuer
sos terminos israhel ⁊ si nō fuerit
q̄ defēdat nos egrediemur ad te.
Venerūt ergo nūcij in gabaad
saul ⁊ locuti sūt vba hec audiēte

pplo. Et leuauit oīs populus vocē
suā et fleuit. Et ecce saul veniebat
sequēs boues de agro et ait. Quis
habet ppl's q̄ p̄lorat. Et narraue
rūt ei v̄ba viroz iates. Et insituit
spūs dñi in saul cū audiss̄ hec ver
ba et iratus est furor eius nimis.
Et assumēs vtrūq̄ bouē occidit in
frusta. misitq̄ in oēs tēminos isrl̄
per manū nūtiōz dicēs. Quicūq̄
nō exierit et secutus fuerit saul et
samuel sic fiet bobus eius. Inua
sit ḡ tior dñi pplm et egressi sūt q̄si
vir vnus et recēsiuit eos in bezech.
Fuerūtq̄ filioz isrl̄ trecenta milia.
viroz autē iuda triginta milia. Et
dixerūt nūcijs q̄ venerāt. Sic di
cetis viris q̄ sūt in iates galaad.
Cras erit vob̄ salus cū incaluerit
sol. Venerūt ḡ nūcijs et nūtiauerūt
viris iates. Qui letati sūt et dixerūt
Mane exhibim⁹ ad vōs et facietis
nob̄ oē qd̄ placuerit vob̄. Et factū
est cū dies crastin⁹ veniss̄ etstitu
it saul pplm in tres ptes. Et ingress⁹
est mediā castra in vigilia matu
tina et percussit amon vsq̄ dū mea
lesceret dies. Reliq̄ autē dispsi sūt
ita ut nō relinquerent in eis duo
pariter. Et ait pplus ad samuele
Quis est iste q̄ dixit saul non regē
bit sup̄ nos. Date viros et interfici
tiem⁹ eos. Et ait saul. Non occide
quisq̄ in die hac q̄ hodie fecit do
min⁹ salutē in isrl̄. Dixit at̄ samu
el ad pplm Venite et eamus in gal
gala et innouem⁹ ibi regnū. Et p
rexit oīs populus in galgala et fe
cerūt ibi regē saul corā dño in gal
gala. Et p̄molauerūt ibi victias
pacificas corā dño. Et letat⁹ ē ibi
saul et cuncti viri israhel nimis.

Dixit autē samuel **Ca. xij.**
ad vniuersum israhel. Ecce
audini vocē vram iuxta omnia q̄
locuti estis ad me et constitui super
vos regē. Et nūc rex gradit̄ ante
vos. Ego autē senui et ieanui. Por
ro filij mei vobiscū sunt. Itaq̄ vū
satus corā vobis ab adolescentia
mea vsq̄ ad hanc diē. ecce p̄sto
sū. Loquimini de me corā dño et
corā cristo eius: vtrū bouem cui⁹
q̄ tulerim a asinū. si quemq̄ calū
niatus sū. si oppressi aliquē. si de
manū cuiusq̄ munus accepi et cō
temnā illud hodie restituiamq̄ vo
bis. Et dixerūt. Nō es calūniatus
nos neq̄ oppressisti neq̄ tulisti de
manū alicuius quippiam. Dixitq̄
ad eos. Testis est dñs aduersū
vos et testis crist⁹ eius in die hac
q̄ nō inueneritis in manu mea
quippiā. Et dixerūt. Testis. Et ait
samuel ad populū. Dñs qui fecit
moysen et aaron et eduxit patres
nros de terra egipti adest. Nunc
ergo state ut iudicio contendam
aduersum vos coram domino de
omnib⁹ misericordijs dñi quas
fecit vobiscum et cū patribus ve
stris quomodo iacob ingressus ē
in egiptum et damauerūt patres
vestri ad dominū et misit domin⁹
moysen et aaron et eduxit patres
vestros de egipto et collocauit eos
in loco hoc. Qui obliti sunt domini
dei sui et tradidit eos in manu sy
sare magistrī militie asor et in ma
nu philistinorū et in manu regis
moab et puguerūt adūsū eos. Po
stea autē damauerūt ad dñm et di
xerūt. Peccauim⁹ q̄ deliquim⁹ dñm
et seruiimus baalim et astaroth.

Nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum et fiviemus tibi. Et misit dominus ierobaal a badai sapson a barach a yephte a samuele et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum et habitastis confidenter. Videtes autem quod naas rex filiorum amon remisit aduersum vos dilectis mihi nequaquam. Si rex imperabit nobis cum dominus deus vester regeret in vobis. Nunc ergo preesto est rex vester quem elegistis et petistis. Ecce dedit vobis dominus regem. Si timueritis dominum et seruiretis ei et audieritis vocem eius et non exasperaueritis os domini. eritis vos et rex qui imperat vobis sequentes dominum deum vestrum. Si autem non audieritis vocem domini si exasperaueritis sermone eius erit manus domini super vos et super principes vestros. Sed nunc state et videte rem istam gratam quam faciturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum et dabitur vobis et pluvias et scietis et videbitis quod grande malum feceritis vobis in conspectu domini petentes super vos regem. Et clamavit samuel ad dominum et dedit dominus voces et pluvias in illa die. Et timuit omnis populus nimis dominum et samuelem. Et dixit vniuersus populus ad samuelem. Ora pro seruis tuis ad dominum deum tuum ut non moriamur. Ad id idem enim vniuersis peccatis nostris malum ut peteremus nobis regem. Dixit autem samuel ad populum. nolite timere. Vos fecistis vniuersum malum hoc. Verumtamen nolite recedere a tergo domini. sed seruite domino in omni corde vestro et nolite dedinare per vanam quam non prederunt vobis neque eruent vos. quia vana sunt et non derelin-

quet dominus populum suum propter nomen suum magnum quia iurauit dominus facere vobis sibi populum. Absit autem a me hoc peccatum in domino ut cessarem orare pro vobis et docere vos viam bonam et rectam. Igitur timeate dominum et seruite ei in veritate et ex toto corde vestro. Vidistis enim magnificam quam in vobis gessit dominus minus? Si perseueraueritis in malicia vestra et rex vester preceperit vobis.

CXLIII.
Elius vnius anni. Ca. xij.
Ani erat saul cum regnare cepisset duobus autem annis regnavit super israel. Et elegit sibi saul tria milia de israel. Et erant cum saul duo milia in machmas et in monte bethel mille autem cum ionatha in gaba beniamin. Porro ceterum populum remisit unusquisque in tabernacula sua. Et percussit ionathas stationem philistinorum eam que erat in gaba. Quod cum audisset philistinum saul cecinit bucina in omni terra dicens. Audiatur hebrei. Et vniuersus israel audiuit huiusmodi famam percussit saul stationem philistinorum. Et erexit se israel ad usus philistinum. Clamavit ergo populus post saul in galgala et philistinum congregati sunt ad preliandum cum israel. triginta milia currum et sex milia equum et reliquum vulgus sicut arena que est in litore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in machmas ad orientem bethan. Quod cum vidissent viri israel se in arto positos. afflicti enim erat populus absconderunt se in speluncis et in abditis in petris quibus in antris et in cisternis. Hebrei autem transierunt iordanem in terram gad et galaad. Cumque adhuc esset saul in galgala vniuersus populus perterritus est qui sequebatur.

1113
tur eū. Et expectauit iuxta placitū
samuelis septē dieb⁹ ⁊ nō venit
samuel in galgala. Dilapsusq; ē
ppl⁹ ab eo. Ait ergo saul. Affer
te mihi holocaustū ⁊ pacifica. Et
obtulit holocaustū. Cūq; oplessz
offerens holocaustū: ecce samuel
veniebat. Et egressus ē saul obui
am ei vt saluaret eū. Locutusq;
est ad euz samuel. Quid fecisti?
Auit autē dauid in nocte ad achimelech sacerdotē. **E**t obstupuit achimelech eo q; venisset dauid et dixit ei. **Q**uare tu solus et null⁹ ē tecū. **E**t ait dñs ad achimelech sacerdotē. **R**ex precepit m̄ sermone et dixit. **N**emo sciat rē ppter quā missus es a me et cuiusmodi precepta tibi dederim. **N**ā et pueris meis cōdixi in illū et illū locū. **N**unc ergo si quid habes ad manū vel quicq; panes da mihi aut quicq; inueneris. **E**t rēdēs sacerdos ad dauid ait illi. **N**ō habeo laycos panes ad manū sed tm̄ panē sanctū. **S**i mūdi sūt pueri maxime a muliebus māducent. **E**t rēdit dauid sacerdoti et dixit ei. **E**t quidē si de mulierib; agitur cōtinuimus nos ab heri et nudius tertius qñ egrediebamur et fuerūt vasa puerorū scā. **P**orro via hec polluta est sed et ipsa hodie s̄ficabit in vas. **D**edit ḡ ei sacerdos s̄ficatum panē. **N**eq; em̄ erat ibi p̄is nisi tm̄ panes p̄positiōis q; s̄blati fuerant a facie dñi ut ponerent panes calidi. **E**rat autē ibi vir quidam de seruis saul in die illa it⁹ in tabernaculo dñi et nomen eius doech ydume⁹ potētissim⁹ pasto- rē saul. **H**ic pascebat mulas saul. **D**ixit autē dauid ad achimelech.

Si habes hic ad manum hastas
aut gladiū da mihi q̄ gladium
meū et arma mea non tuli mecū
Sermo enī regis urgebat **E**t dixit
sacerdos. **E**cce hic gladi⁹ goliath
philistei quē percussisti i valle
therebinti est inuolut⁹ pallio p⁹
ephraim **S**i istū vis tollē tolle **R**eg
enī hic ē alius absq̄ eo **E**t ait dauid
Non ē huic alter similis. **D**a
mihi eū. **S**urrexit itaq̄ dauid et
fugit in die illa a facie saul. et ve
nit ad achis regē geth. **D**ixerūtq̄
serui achis cum vidissent dauid
Nunq̄d nō iste ē dauid rex terre.
Rōne huic cantabant p choros
dicentes. percussit saul mille et dauid
decē milia. **P**osuit at̄ dauid
sermōnes istos in corde suo et ex
timuit valde a facie achis regis
geth **E**t mutauit os suum coram
achis et collabebat inter manus
eor⁹ et impingebat in ostia porte
defluebātq̄ saline eius in barbā
Et ait achis ad suos suos **V**idi
stis hominem insanū. quare addu
xistis eū ad me. **A**n desint nobis
furiosi q̄ introduxistis istū vt fu
reret me p̄nte. **D**imittite illū hinc
ne ingrediat domū meā **C**ap. xij.
Abiit ergo dauid idē et fugit
in speluncā otollam. **Q**uo d
cū audissent frēs eius et om̄is do
mus patris eius descēderūt ad eū
illuc **E**t conuerunt ad eū om̄es q̄
erāt in angustia constituti et opp̄si
ere alieno et amaro animo et fa
ctus est eor⁹ princeps **F**uerūtq̄
cū eo quasi quadringenti viri **E**t p
fectus est dauid inde in maphat
q̄ ē moab **E**t dixit ad regē moab
Maneat oro p̄r meus et mater mea

CL.
vobiscū donec sciā quid faciat m̄
deus **E**t reliq̄t eos ante faciē regis
moab **M**anserūtq̄ apud eū cum
at̄is dieb⁹ q̄bus dauid fuit in p̄si
dio **D**ixitq̄ gad p̄pha ad dauid
Noli manere i p̄sidio. **P**roficiscē
et vade in terrā iuda **E**t p̄fectus ē
dauid et venit in saltū areth. **E**t
audiuit saul q̄ apparuiss⁹ dauid
et viri q̄ erāt cū eo **S**aul aut̄ cum
maneret in gabaa et ess⁹ nemore
q̄d ē in rama hastam in manu te
nens cunctiq̄ fui ei⁹ circūstarēt
eū. ait ad suos suos q̄ assistebat
ei **A**udite me nūc filij iemim **N**un
q̄d om̄ib⁹ vobis dabit fili⁹ ysai
agros et vineas et vniūso vos
faciet tribunos et cēturiones qm̄
cōiurastis omnes aduersū me et
nō ē q̄ mihi renūciet maxime cū
et filius meus fedus iūxerit cum
filio ysai. **N**ō est q̄ vicem meam
doleat ex vobis nec q̄ annunciet
mihi eo q̄ suscitauerit fili⁹ meus
seruū meū aduersū me insidiāte⁹
mihi vsq̄ hodie **R**espōdens autē
doech ydumeus q̄ assistebat et e
rat primus inter suos saul. vidī
inquit filiū ysai i nocte ap̄d achī
melech filiū achitob sacerdotem
Qui cōsuevit p̄ eo dominū et cibaria
debit ei **S** et gladiū goliath
philistei dedit illi **M**isit ergo rex
ad accersciendū achimelech sa
cerdotē filiū achitob et om̄ē do
mū p̄ris ei⁹ sacerdotū q̄ erant in
nocte **Q**ui vniuersi venerūt ad re
gē **E**t ait saul ad achimelech **A**u
di fili achitob **Q**ui rēdit **P**resto
sum domine **D**ixitq̄ ad eum saul
Quare cōiurastis aduersū me tu
et filius ysai et dedisti ei panes et

gladiū; et confuisti p eo dñm ut
cōfurgeret aduersū me īficiatōe
vsq; hodie pmanēs. **R**espo dñs
achimelech regi ait. **E**t q̄s in om
nibus seruis tuis sic dauid fidel
et gener regis et p̄gens ad imperi
um tuū et gloriosus ī domo tua.
Nū hodie cepi cōfutare p eo dñz.
Absit hoc a me. **R**e suspicetur rex
aduersum seruū suum rem huius
scemodi ī vniuersa domo patris
mei. **N**on enim scuit seruus tuus
quicq; sup hoc negocio vel modi
cū vel grande. **D**ixitq; rex. **M**orte
mories achimelech tua et omnis
domus patris tui. **E**t ait rex emis
sarijs q̄ circumstabant eū. **C**on
uertimini et interficite sacerdotes
dñi. **P**am manus eorū cū dauid
ē scientes q̄ fugisset et nō indica
uerūt mihi. **N**o huerunt autē ser
ui regis extendere manus suas in
sacerdotes dñi. **E**t ait rex ad doech
Couertere tu et irruē in sacerdotes
domini. **C**onuersusq; doech ydu
me irruit ī sacerdotes et trucidauit
in die illa octogintaq; viros re
stitos ephot lino. **N**ote autē ciui
tatē sacerdotū p̄ussit in ore gladii
viros et mulieres et puulos et la
ctētes. bouēq; et asinū et oues ī ore
gladii. **E**uadēs aut vn⁹ fili⁹ achi
melech filij achitob cui⁹ nomen
erat abiathar: fugit ad dauid et
annūtiavit ei q̄ occidiss; saul sa
cerdotes dñi. **E**t ait dauid ad abi
athar. **S**ciebā enim in die illa q̄
cum ibi esset doech ydume⁹ pro
culdubio annuntiaret sauli. **E**go
sum reus omnīū animarū patris
tui. **M**ane mecum ne timeas. **S**i
quis quesierit animā meam que

ret et animā tuam mecumq; serua
beris.

Capitulum.

Annūciauerūt dauid die
tes. **E**cce philistim oppug
nāt ceila et diripiūt areas. **C**onfu
luit ergo dauid dñm dicens. **N**ū va
dā et p̄cutia; philisteos istos. **E**t
ait dñs ad dauid. **V**ade et p̄cuties
philisteos et saluabis ceilam. **E**t
direxerunt viri q̄ erāt cū dauid ad eū.
Ecce nos hic in iudea cōsistentes
timemus quātomagis si ierim⁹
in ceila; aduersū agmīa philisti
noz. **R**ursū ergo dauid cōfuit
dñm. **Q**ui r̄spondens ait ei. **S**urge et
vade in ceila. **E**go enim tēdā phi
listeos in manu tua. **A**bijt ergo
dauid et viri ei⁹ in ceila et pugnit
adūfū philisteos. **E**t ategit iumē
ta eoz et p̄ussit eos plaga mag
a saluauit dauid habitatores ci
le. **P**orro eo tpe quo fugiebat ab
iathar filius achimelech ad da
uid in ceila; ephot secum habēs
descēderat. **N**unciatū ē autē saul
q̄ remisset dauid in ceilam. **E**t ait
saul. **T**radidit eū dñs in manus
meas conuersusq; ē introgressus
vitem in qua porte et fere sunt.
Et p̄cepit saul omī p̄lo ut ad pu
gnā descēderet; ī ceila et obfederet; dñ
et viros ei⁹. **Q**uā cū resass; dauid q̄
p̄paret ei saul dā mahz dixit ad
abiathar sacerdotē. **A**pplica ephot
Et ait dñs. **D**ñe de⁹ israel audiuit
famā suā tu⁹ q̄ disponat saul vi
re ad ceila ut euertat vrbē p̄pter
me. **S**i tēdet me viri ceile in man⁹
eius et si descendet saul sicut audi
uit seruus tu⁹ domine deus israel
idica suo tuo. **E**t ait dñs. **D**escen
det. **D**ixitq; rursū dauid. **S**i tradet

me viri ceile et viros qui sunt mecum in
manu saul. Et dixit dominus. Tradet
Surrexit ergo dauid et viri eius
quasi serceti et egressi de ceila huc
atque illuc vagabantur incerti. Nun
ciatumque est saul quod fugisset dauid
de ceila et saluatus esset quod obrem
dissimulauit exire. Morabat autem
dauid in deserto in locis firmissi
mis mansitque in monte solitudinis
ziph in monte opaco. Querebat eum
tamen saul cunctis diebus et non tra
didit eum dominus in manu eius. Et vi
dit dauid quod egressus esset saul ut
quereret animam eius. Porro dauid
erat in deserto ziph in filia. Et fur
rexit ionathas filius saul et abiit
ad dauid in filiam et confortauit ma
nus eius in deo dixitque ei. Ne timeas
Regem enim inueniet te manus saul
prius mei. Et tu regnabis super israhel et
ego ero tibi sedus. Sed et saul per
me scit hoc. Percussit ergo virum
sedus coram domino. Mansitque dauid
in filia ionathas autem reus est in
domum suam. Ascenderunt autem ziphei
ad saul in gabaa dicentes. Nonne
ecce dauid latitat apud nos in lo
cis tutissimis filius in colle achille
que est ad dextram deserti. Nunc ergo
sicut desiderauit anima tua ut descen
deres descende. Num autem erit ut tra
damus eum in manu regis. Dixitque
saul. Benedixi vos ad domino quod volu
istis vicem meam. Abite ergo oro et
diligentius preparate et curiosius
agite et considerate locum ubi sit pes
eius vel quis viderit eum ibi ubi dixi
stis. Recogitat enim de me quod callide
insidiet ei. Considerate et videte omnia
latibula eius in quibus absconditur
et reuertimini ad me ad rem certam

ut vadam vobiscum. Quod si etiam in
terram se obstruxerit persecutor
eum in cunctis milibus iuda. At illi sur
gētes abierunt in ziph ante saul.
Dauid autem et viri eius erant in deser
to maon in capestribus ad dextram
iesimuth. Iuit ergo saul et socii
eius ad querendum eum. Et nuntiatus est
dauid statimque descendit ad petram
et versabat in deserto maon. Quod
cum audisset saul. persecutus est dauid in
deserto maon. Et ibat saul et viri
eius ad latus montis ex parte vna
dauid autem et viri eius erant in latere
montis ex parte altera. Porro dauid
desperabat se posse euadere a facie
saul. Itaque saul et viri eius in modum
corone cingebant dauid et viros
eius ut caperent eos. Et nuntius
venit ad saul dicens. Festina et ve
ni quoniam infuderunt se philistini super
terram. Reuersus est ergo saul desistens
persequi dauid et prexit in occursum
philistinorum. Propter hoc vocaue
runt locum illum petram diuidentem.
Ascendit ergo dauid inde et habitauit in lo
cis tutissimis engaddi. Cumque re
uersus esset saul postquam persecutus
est philisteos nuntiauerunt ei di
cētes. Ecce dauid in deserto est en
gaddi. Assumens ergo saul tria
milia electorum virorum ex omni israhel p
rexit ad inuestigandum dauid et
viros eius et super abruptissimas pe
tras que solis ibicibus perueire sunt. Et
venit ad caulas ouium que se offere
bant viatori eratque ibi spelunca quaz
ingressus est saul ut purgaret ven
trem. Porro dauid et viri eius in in
teriore parte spelunce latebant. Et dix
erunt serui dauid ad eum. Ecce dies

de qua locutus est dñs ad te ego
tradaz tibi inimicū tuū ut fatias
ei sic placuerit in oculis tuis. **S**ur
rexit ergo dauid et precidit oram
damidis saul filenter. **P**ost hec
percussit cor suū dauid eo qd absci
disset oram damidis saul. **D**ixit
q ad viros suos **P**ropicius sit mi
hi dominus ne fatiam hanc rem
domio meo cristo domini ut mie
tam manū meam in eū. qd cristus
domini est. **V**ivit dominus qd nisi
dominus percussisset eum aut dies
eius veniet ut moriatur aut descē
dens in preliū pierit ppius mihi
sit dominus ut non mittaz manū
meam i cristū dñi. **E**t cōfregit da
uid viros suos sermombus istis
et non pmisit eos ut cōfurgerent
in saul. **P**orro saul exurgēs de spe
lūca pgebat cepto itinere. **S**urre
xit autē dauid post eū et egressus
de spelunca clamauit post tergum
saul dicens **D**ñe mi rex. **E**t respexit
saul post se et indinās se dauid p
nus in terrā adorauit. **D**ixitq ad
saul. **Q**uare audis verba hominū
loquētū: dauid qñerit malū ad
uerfū te. **E**cce hodie viderunt oculi
tui qd tradiderit te dominus in
manu mea in spelunca et cogitauit
ut occideret te. sed pepcit tibi oculi
meus. **D**ixi em. **N**on extendā
manū meaz in dominū meum. qd
cristus domini est. **Q**ui potius pē
mi vide et agnosce oraz damidis
tue i manu mea quō cū precideret
fūmitatez damidis tue nolui extē
dere manū meam in te. **A**nimadu
te et vide qm nō est in manu mea
malū neq imq̄tas neq peccau i
te. **T**u autē insidiaris aīe mee ut

auferas eā. **J**udicet dñs inter me
et te et vlciscatur me dñs ex te. ma
nus aut mea nō sit in te sicut dici
tur in pūbio antiquo. **A**b impijs
egredietur impietas. **M**an⁹ ergo
mea nō sit in te. **Q**uem psequeris
rex isrl quē psequeris. **C**anē mor
tuū psequeris et pulicez vnū. **S**it
dñs iudex et iudicet inter me et te
et videat et iudicet causā meam et
eruat me de manu tua. **C**ū aut cō
plessset dauid loquēs fmōes hu
iuscemodi ad saul. dixit saul. **N**ū
quid vox hec tua ē fili mi dauid.
Et leuaui saul vocē suam et fleuit
dixitq ad dauid. **I**ustior tu es q
ego. **T**u em tribuisti mihi bona.
ego aut reddidi tibi mala. **E**t tu i
dicasti mihi hodie que feceris mi
hi bona quō tradiderit me dñs in
manu tua et nō occideris me. **Q**uis
em cū iuenerit iūmicū suū dimittz
eū i via bō. **S**i dñs reddat tibi vi
cissitudinē hāc p eo qd hodie opa
tus es i me. **E**t nūc qd scio qd certis
sime regiturus sis et hiturus in ma
nu tua regnū isrl iura m i dño ne
deleas semē meū post me neq au
feras nomī meū de domo pñs mei
Et ināuit dauid sauli. **A**bite ergo
saul i domū suā et d dāvi ei⁹ ascē
derūt ad tutiora loca. **C**a. xxv.

Mortuus est aut samuel et cō
gregat⁹ ē vnūsus isrl et plā
xerunt eū nimis et sepelierūt eū in
domo sua in ramatha. **C**ōfurgēs
qz dauid descēdit i desertū pharā
erat at vir quispiāz in solitudine
maon et possessio ei⁹ i carmelo et
hō ille magnus nimis. erantqz ei
oues tria milia et mille capre et ac
cidit ut tōderet grex ei⁹ i carmelo.

Nomen autem viri illius erat na-
 bal et nomen vxoris ei⁹ abigail.
Eratq; mulier illa prudentissima
 et speciosa. Porro vir ei⁹ durus et
 pessimus et maliciosus. **E**rat autē
 de genere caleph. **C**ū autē audissz
 dauid i deserto q; tondēt nabal
 gregē suū misit decē iuuenes et di-
 xit eis. Ascendite in carmelū et ve-
 nietis ad nabal et salutabitis eū
 ex noīe meo pacifice et sic dicetis.
Sit fratrib⁹ meis et tibi pax et do-
 mu tue pax et omib⁹ q;cuq; ha-
 bes sit pax. **A**udiui q; tonderēt pa-
 stores tui greges tuos q; erāt no-
 biscaū in deserto. **N**ūq; eis molesti
 fuimus nec aliqui defuit eis q;cuq;
 de grege omī tēpore quo fuerunt
 nobiscaū i carmelo. **I**nterroga pu-
 eros tuos et indicabūt tibi. **N**unc
 ergo inueniāt pueri tui gratiam
 in ocul tuis. **I**n die em̄ bona veni-
 mus ad te. **Q**uo daūq; inuenerit
 manus tua da seruis tuis et filio
 tuo dauid. **C**unq; remissent pue-
 ri dauid locuti sunt ad nabal om-
 nia verba hec ex nomie dauid et
 filuerunt. **R**espondēs autē nabal
 pueris dauid ait. **Q**uis ē dauid
 et q; est filius ysai. **H**odie incre-
 uerūt serui q; fugiunt dñōs suos.
Tollā ergo panes meos et aq̄s
 meas et carnes pecorū que occidi
 tonforib⁹ meis et dabo viris q; s
 nescio vnde sint. **R**egressi sūt autē
 pueri dauid p viam suā et reuēsi
 venerūt et ānūciauerūt ei omnia
 vba que dixerat nabal. **T**ūc ait
 dñs pueris suis. **A**ccingat vnusq;sq;
 gladio suo. **E**t accincti sūt singuli
 gladijs suis. **A**ccinctusq; ē et da-
 uid ense suo et secuti sunt dauid

quasi quadringētī viri. Porro du-
 centi remāserūt ad sarcinas. **A**bi-
 gail autē vxori nabal nunciauit
 vn⁹ de pueris suis dicens. **E**cce da-
 uid misit nūcios de deserto vt bñ
 dicerēt dñō nrō et auersat⁹ est
 eos. **V**oies isti homines satis fuerunt
 nob et nō molesti nec quicq; ali-
 quādo perijt omī tpe quo fuim⁹
 cōuersati cū eis in deserto. **P**ro mu-
 ro erāt nobis tā in nocte q; in die
 omib⁹ diebus quib⁹ pauimus
 apud eos greges. **Q**uam ob rē cō-
 sidera et recogita qd facias qm̄ cō-
 pleta ē malicia aduersū virū tuū
 et aduersū domū tuā et ipse est fili-
 us belial ita vt nemo possit ei loq;
Festiauit igit abigail et tulit du-
 centos panes et duos vtres vini
 et quinq; arietes coctos et quinq;
 lata polēte et cētū ligaturas vue-
 passe et duētas massas caricarū
 et posuit sup asinos dixitq; pueris
 suis. **P**recedite me et ecce ego post
 tergū seq; vos. **V**iro at suo nabal
 nō indicauit. **C**ū ergo ascendissz
 asinū et descēderet ad radicē mon-
 tis dauid et viri ei⁹ descēdebant
 in occursum ei⁹. **Q**uib⁹ et illa occur-
 rit. **E**t ait dauid. **V**ere frustra ser-
 uauī omnia que hui⁹ erāt i deserto
 et nō perijt quicq; de cūctis q; ad
 eū ptinebāt et reddidit mihi ma-
 lū p bono. **H**ec faciat dñs iimicis
 dauid et hec addat si reliquero de
 omibus que ad ipm ptinēt vsq;
 mane mīngentē ad parietē. **C**um
 autē vidissz abigail dauid festia-
 uit et descendit de asino et pēdit
 corā dauid sup faciē suā et adora-
 uit sup terram et cecidit ad pedes
 ei⁹ et dixit. **I**n me sit dñe mī hec

iniquitas. **L**oquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis et audi verba famule tue. **R**eponat oro dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum nabal quoniam secundum nomen suum stultus est et est stulticia cum eo. **E**go autem ancilla tua non vidi pueros tuos domine mihi quos misisti. **N**unc ergo domine mihi vivit dominus et vivit anima tua qui prohibuit te ne venires in sanguinem et salvavit manum tuam tibi. **E**t nunc fiant sicut nabal inimici tui et qui querunt domino meo malum. **Q**uia propter suscipe benedictionem hanc quam attulit ancilla tua tibi domino meo et da pueris qui sequuntur te dominum meum. **A**ufer iniquitatem famule tue. **F**aties enim fatiet dominus tibi domino meo domum fideles quod prelia domine mihi tu preliaris. **M**alitia ergo non inveniatur in te omnibus diebus vite tue. **S**i enim surrexerit aliquis homo persequens te vel querens animam tuam erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud dominum deum tuum. **P**orro inimicorum tuorum anima rotabitur quasi in impetu et circulo funde. **C**um ergo fecerit tibi dominus domino meo omnia hec que locutus est bona de te et constituerit te ducem super israel non erit tibi hoc in singulum et in scrupulum cordis domino meo quod effuderis sanguinem innoxium aut ipse te ultus fueris. **E**t cum benefecerit dominus domino meo: recordaberis ancille tue et tu benefacies ei. **E**t ait dominus ad abigail. **B**enedictus dominus deus israel qui misit te hodie in occursum meum et benedictum eloquium tuum et benedicta tu que prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem ut violascerer me manum meam. **A**lioquin vivit

dominus deus israel qui prohibuit me ne malum facere tibi nisi cito venisses in occursum mihi non remansisset nabal usque ad lucem matutinam migres ad pietatem. **S**uscepit ergo david de manu eius omnia que attulerat ei. **D**ixitque ei. **V**ade pacifice in domum tuam. **E**cce audiui vocem tuam et honoraui fatiem tuam. **V**enit autem abigail ad nabal. **E**t ecce erat ei convivium in domo eius quasi convivium regis et cor nabal iocundum. **E**rat enim ebrius nimis et non indicavit ei verbum pusillum aut gratiam usque mane. **P**ositum autem cum digessisset vinum nabal indicavit ei vxor sua verba hec. **E**t emortuum est cor eius intrinsecus et factus est quasi lapis. **C**um pertransissent decem dies percussit dominus nabal et mortuus est. **Q**uod cum audisset david mortuum esse nabal ait. **B**enedictus dominus qui indicavit causam obprobrii mei de manu nabal et suum suum custodivit a malo et maliciam nabal reddidit dominus in caput eius. **M**isit ergo david et locutus est ad abigail ut fumeret eam sibi in vxorem. **E**t venerunt pueri david ad abigail in carmelum et locuti sunt ad eam dicentes. **D**avid misit nos ad te ut accipiat te sibi in vxorem. **Q**ue surgens adoravit prona in terram et ait. **E**cce famula tua sic in ancillam ut lauet pedes suorum domini mei. **E**t festinavit et surrexit abigail et ascendit super asinum et quicunque puellae ierunt cum ea pedissequae eius. **E**t secuta est nuntios dominus et facta est illi vxor. **S**ed et achimoe accepit david de israel et fuit utraque vxor eius. **S**aul autem dedit michol filiam suam vxorem david salathi filio lais qui erat de gallim. **C**ap. xvi.

Et venerunt ziphi ad saul in gabaa dicentes. **E**cce dauid absconditus est in colle achille quem ex aduerso solitudinis. **E**t surrexit saul et descendit in desertum ziphi et cum eo tria milia viro- rum de electis israel ut quærerent dauid in deserto ziphi. **E**t castrametatus est saul in gabaa achille que erat ex aduerso solitudinis in via. **D**auid autem habitabat in deserto. **V**ides autem quod remissus saul post se in desertum misit exploratores et didicit quod illuc remisset certissime. **E**t surrexit david et abiit ad locum ubi erat saul. **C**umque vidisset locum in quo dormiebat saul et abner filius ner princeps milicie eius et saulem dormientem in tentorio et reliquum vulgus per circuitum eius: ait dauid ad achimelech ethi et abisai filium saruie fratrem ioab dicens. **Q**uis descendet mecum ad saul in castra? **D**ixitque abisai. **E**go descendam tecum. **V**enerunt ergo dauid et abisai ad populum nocte et inuenerunt saul iacentem et dormientem in tentorio et hastam fixam in terra ad caput eius. **A**bner autem et populum dormientes in circuitu eius. **D**ixitque abisai ad dauid. **C**onducit deus inimicum tuum hodie in manus tuas. **N**unc ergo perfringam eum lancea in terra semel et secundo opus non erit. **E**t dixit dauid ad abisai. **N**e interficias eum. **Q**uis enim extendet manum suam in christum domini et innocens erit. **E**t dixit dauid. **V**iuat dominus quia non dominus percussit eum a diebus et uenit a moia et in prelium descendit perierit. **A**ppicius mihi sit dominus ne extendam manum meam in christum domini. **N**unc igitur tolle hastam quam est ad caput eius

et ciphum aque et abeamus. **T**ulit igitur dauid hastam et ciphum aquae qui erat ad caput eius et abierunt. **E**t non erat quisquam qui videret et intelligeret et euigilaret sed omnes dormiebant quia sompnus domini irruerat super eos. **C**umque transisset dauid ex aduerso et stetisset in vertice montis delonge et esset grande interuallum inter eos clamauit dauid ad populum et ad abner filium ner dicens. **N**one ridentis abner? **E**t respondens abner ait. **Q**uis es tu qui damas et inquietas regem? **E**t ait dauid ad abner. **N**unquid non vir tu es? **E**t quis alius similis tui in israel? **Q**uare ergo non custodisti dominum tuum regem? **I**ngressus est enim vnus de turba ut interficeret regem dominum tuum. **N**on est bonum hoc quod fecisti. **V**iuat dominus quoniam filii mortis estis vos quia non custodistis dominum vestrum christum domini. **N**unc ergo vide ubi sit hasta regis et ubi sit ciphus aque qui erat ad caput eius. **C**ognouit autem saul vocem dauid et dixit. **N**unquid vox tua fili mi dauid? **E**t ait dauid. **V**ox mea domine mi rex. **E**t ait. **Q**uare ob causam dominus me persequitur seruum suum? **Q**uid feci autem quod est malum in manu mea? **N**unc ergo audi orationem domine mi rex verba serui tui. **S**i dominus incitat te aduersum me odoret sacrificium. **S**i autem filii hominum maledicti sunt in conspectu domini qui eiecerunt me hodie ut non habitem in hereditate domini. **D**icentes vade serui domini alienis. **E**t tunc non effundatur sanguis meus in terram coram domino quia egressus est rex israel ut quæreretur pulceus vnum sicut persequitur per dixerunt in motibus. **E**t ait saul. **D**ecalui. **R**euerte fili mi dauid. **N**equaquam

CLIII.

emim vltra tibi malefacta. eo qd p
cosa fuerit anima mea in oculis
tuis hodie. Apparet enim qd stulte
egerim et ignoaueri multa nimis.
Et respondens dauid ait. Ecce hasta
regis: transeat vnus de pueris re
gis et tollat ea. Dñs aut retribuēt
vnicuiq; scdm iusticiam suā et fi
de. Tradidit enim te dñs hodie in
manū meā et nolui extendē manū
meā in cristū dñi. Et sicut magnifi
cata est aīa tua hodie i oculis me
is. sic magnificetur aīa mea in ocu
lis dñi et liberet me de oī angustia.
Ait g saul ad dauid. Benedictus
tu fili mi dauid. Et qd faties faties
et potēs poteris. **Ca. xxvii.**

Abiit aut dauid in viā suā et
saul reuersus est in locū suū.
Et ait dauid in corde suo. Aliqn in
cidam vna die i manus saul. Nō
ne melius est ut fugiā et saluet i
terra philistinoz ut despet saul.
cessetq; me querere in cundis fin
bus israhel. Fugiā ergo manus
eius. Et surrexit dauid et abiit ipe
et sexceti viri cū eo ad achis filiū
maoch regez geth. Et habitauit
dauid cum achis i geth. ipse a vi
ri eius et dom⁹ eius et due vxores
eius achinoem iesrahelites et abi
gail vxor nabal carmeli. Et nūci
atū est saul qd fugisset dñs i geth
et nō addidit vltra querere eū. Di
xit aut dauid ad achis. Si inueni
gratiaz i oculis tuis detur mihi lo
cus i vna vrbium regionis hui⁹
ut habitem ibi. Cur em manet s
uus tuus i ciuitate regis tecum.
Dedit itaq; ei achis in die illa fice
lech. Propter quam causā facta
est ficelech regū iuda vsq; i diem.

hanc. Fuit autē numerus dier⁹ q
bus habitauit dauid in regione
philistinoz quatuor mensiū. Et
ascendit dauid et viri eius et age
bant predas de gefuri et de gedri
et de amalechitis. Dñi enim pagi
habitabant in terra antiquitus
eūtib⁹ fur vsq; ad terraz egipti.
Et percutiebat dauid omne terraz
illoz nec relinquebat viuente vi
rū et mulierē. tollensq; oues et bo
ues et asinos et camelos et vestes
reuertebat et veniebat ad achis.
Dicebat aut ei achis. In quē ite
isti hodie. Respondebat dauid. Cō
tra meridiem iude et cōtra meridiē
hieramel et cōtra meridiem ceni.
Virū et mulierē non viuificabat
dauid nec adducebat in geth di
cēs ne forte loquant adūs⁹ nos.
Hec fecit dauid. Et hoc erat decre
tū illi oībus dieb⁹ quib⁹ hitauit
in regione philistinoz. Credidit
ergo achis dñs dñs. Multa mala
opat⁹ est cōtra pplm suū isrl. Erit
igit in fufsepis. **Ca. xxviii.**

Actū est autez i diebus illis
cōgregauerūt philistim ag
mina sua ut preparerent ad bellum
cōtra isrl. Dixitq; achis ad dauid
Sciēs nūc scito qm meū egredie
ris in castris tu et viri tui. Dixitq;
dauid ad achis. Nunc scies que
facturus ē fuus tu⁹. Et ait achis
ad dauid. Et ego custodez capitis
mei ponā te cūdis dieb⁹. Samuel
autē mortuus ē planxitq; eū oīs
israhel et sepeliēt eum i ramatha
vrbe sua. Et saul abstulit magos
et ariolos de terra et interfecit eos
qui phitones habebant in vtre.
Congregatiq; sunt philistim et

venerunt et castrametati sunt in su-
 na **C**ongregauit autem et saul uni-
 uersum israhel et venit in gessur. **E**t
 vidit saul castraphilistin et ti-
 muit et expauit cor eius nimis. **C**on-
 suluitque dominum et non respondit ei neque per
 somnia neque per sacerdotes neque per
 prophetas. **D**ixitque saul seruis suis.
Querite mihi mulierem habentem
 phitonem et vadite ad eam et suscita-
 tor per illam. **E**t dixerunt serui eius ad
 eum. **E**st mulier phitonem habens in
 endor. **M**utauit ergo habitum suum
 vestitusque alijs vestimentis et abiit
 ipse et duo viri cum eo. **V**eneruntque
 ad mulierem nocte et ait illi. **D**iuina
 mihi in phitone et suscita mihi
 quem dixeris tibi. **E**t ait mulier ad eum.
Ecce tu nosti quanta fecerit saul et
 quanto exarserit magos et ariolos de
 terra. **Q**uare ergo insidiaris ani-
 me mee ut occidas. **E**t iurauit ei
 saul in domino dicens. **V**iuat dominus quia
 non euemiet tibi quicquam mali propter
 hac rem. **D**ixitque ei mulier. **Q**uem sus-
 citabo tibi. **Q**ui ait. **S**amuele. **C**um
 autem vidisset mulier samuelem
 exclamauit voce magna et dixit ad saul.
Quare imposuisti mihi. **T**u es ei saul. **D**ixitque ei rex.
Noli timere. **Q**uid vidisti. **E**t ait
 mulier ad saul. **D**eos vidi ascendentes
 de terra. **D**ixitque ei. **Q**ualis est forma
 eius. **Q**ue ait. **V**ir senex ascen-
 dit et ipse amictus est pallio. **E**t intel-
 lexit saul quod samuel esset et inclina-
 uit se super faciem suam in terra et ado-
 rauit. **D**ixit autem samuel ad saul.
Quare inquietasti me ut suscitarem.
Et ait saul. **C**oartor nimis. **S**i quidem
 philistin pugnaret aduersus me
 et decessisset a me et exaudire me

noluit neque in manu prophetarum
 neque per somnia. **V**ocauit ergo te
 ut ostenderes mihi quid facias. **E**t ait
 samuel. **Q**uid interrogas me cum
 dominus recessisset a te et transierit ad
 emulum tuum. **F**aciet enim tibi dominus
 sicut locutus est in manu mea et scin-
 det regnum tuum de manu tua et da-
 bit illud primo tuo dauid quia
 non obedisti voci domini neque fecisti
 iram furoris eius in amalech. **I**dcirco
 quod pateris fecit tibi dominus hodie
 et dabit dominus etiam israhel tecum in manu
 philistin. **C**ras autem tu et filij tui
 mecum eritis et castra israhel tradet
 dominus in manus philistin. **S**tatisque
 saul cecidit prope datus in terram. **E**t
 muerat enim verba samuelis et ro-
 bur non erat in eo quia non comederat
 panem tota die illa. **I**ngressa est itaque
 mulier illa ad saul. **C**onturbatus
 enim erat valde. **D**ixitque ad eum. **E**cce
 obediuit ancilla tua voci tue et po-
 sui animam meam in manu mea et
 audiui sermones tuos quos locutus
 es ad me. **N**unc igitur audi et tu vocem
 ancille tue et ponam coram te buccellam
 panis ut comedes et conualescas et
 possis iter agere. **Q**ui reuertit et ait.
Non comedam. **C**oegeunt autem eum
 serui sui et mulier et tandem audita
 voce eorum surrexit de terra et sedit
 super lectum. **M**ulier autem illa habebat
 vitulum pascualem in domo et festi-
 uum et occidit eum. **T**ollensque farinam
 miscuit eam et coxit azima et posuit
 ante saul et ante suos eius. **Q**ui
 cum comedisissent surrexerunt et ambu-
 lauerunt per totam noctem illam.

Congregata **C**a. xxix.
 fuit ergo philistin vniuersa
 agmina in aphec. **S**ed et israhel

CLIV.

castrametatus est sup fontez qui
erat i ierabel. Et satapre quidem
philistim incēdebāt in centurijs
a milibus. dauid aut et viri eius
erant in nouissimo agmine cum
achis. Dixeruntq; principes phili
stīm ad achis. Quid sibi volunt
hebrei isti. Et ait achis ad princi
pes philistim. Nūquid ignoratis
dauid qui fuit seruus saul regis
israhel a est apud me multis die
bus vel annis. Et nō inueni in eo
quicq; ex die qua tñsfugit ad me
vsq; ad diem hanc. Irati sūt autē
aduersus eū pñcipes philistim
a dixerūt ei. Reuertatur vir a sede
at in loco suo in quo constituisti
eū a nō descendat nobiscū in pre
liū: ne fiat nobis aduersarius cū
preliari cēperimus. Quō enim ali
ter poterit placare dominū suū
nisi in capitibus nostris. Rōne
iste est dauid cui cantabant icho
ris dicentes percussit saul in mili
bus suis a dauid in decem milib;
suis. Vocauit ergo achis dauid
a ait ei. Viuit dominus q; redus
es a bonus in oſpectu meo a exi
tus a introitus tuus meū est in
castris. Et non inueni in te quicq;
mali ex die qua venisti ad me vs
q; in diē hanc. s; satapis nō pla
ces. Reuertere ergo a vade in pacē
a non offendas oculos satrapa
rum philistim. Dixitq; dauid ad
achis. Quid em̄ feci et quid inue
nisti i me seruo tuo a die qua fui
in oſpectu tuo vsq; in diem hāc ut
nō venia; a pugne ostra inimicos
dñi mei regis. Rñdens aut achis
locutus ē ad dauid. Scio q; bon
es tu in oculis meis sicut angelus

dei. s; pñcipes philistimoz dixerūt
Nō ascendet nobiscū in plū. Igit
o surge mane tu a sui dñi tui q; ve
nerunt tecū a cū de nocte surreperi
tis a ceperit diluēscere p gite. Sur
rexit itaq; de nocte dauid ipe a vi
ri eius ut pficiscerent mane a red
terentur ad terrā philistim. Phi
listim aut ascēdērūt in ierabel.

Quinq; remissent. **Ca. xxx.**
dauid a viri eius in sicelech
die tertia amalechite impetū fece
rant ex pte australi in sicelech et
pussierant sicelech a incēderāt eā
igni. Et captiuas duxerūt muliēs
ex ea a minimo vsq; ad magnum
a non interfecerūt quēq;. s; secum
duxerūt a pgebāt itinere suo. Cū
ergo remisset dauid a viri ei⁹ ad
ciuitatē a inuenissent eā succensā
igni a vxores suas a filios suos a
filias ductas ēē captiuas leuaue
rūt dauid a pplus q; erat cū eo v
ces suas a planxerūt donec defice
rēt i eis lacrimę. Siq; a due vxo
res dd captiue ductę fuerāt achi
noē israhelites a bigail vxor na
bal carmeli. Et tristatus ē dauid
valde. Volebat em̄ eū pplus lapi
daē q; amara erat aīa vñ⁹ cui⁹q;
viri sup filiis suis a filiab;. Cōfor
tatus est aut dd in dño deo suo a
ait ad abiathar sacdōtē filiū achi
melech. Applica ad me ephot. Et
applicauit abiathar ephot ad da
uid a cōsuevit dauid dñm dicens.
Persequar latrūculos hosa a pre
tendam eos an nō. Dixitq; ei dñs
Persequere absq; dubio em̄ ophen
des eos a excuties predā. Abijt g
dd ipse a sexcēti viri qui erāt cū eo
a venerūt vsq; ad torrentē besor

et lassi quidam substiterunt. **P**er
secutus est autem dauid ipse et qua
dringenti viri cum eo substiterunt enim
ducem qui lassi transire non poterant
torrentes besos. **E**t inuenerunt virum
egyptium in agro et adduxerunt eum
ad dauid. **D**ederuntque ei panem ut
comederet et bibet aquam sibi et frag
men masse caricatum et duas liga
turas vultu passe. **Q**ui cum comidisset
reuerfus est spiritus eius et refocillatus
est. **N**on enim comederat panem neque
biberat aquam tribus diebus et tri
bus noctibus. **D**ixit itaque ei dauid
Cuius es tu vel unde et quo pergis
Qui ait **P**uer egyptius ego sum
viri amalechite. **R**eliquit autem me
dominus meus quia egrotare cepi nudi
ulteri. **S**i quidem nos erupimus
ad australem plagam cerethi et tra
iudam et ad meridiem caleph et hie
lech succendimus ignem. **D**ixitque ei
dauid **P**otes me ducere ad istum
cuneum. **Q**ui ait **I**ura mihi per deum
quod non occidas me et non tradas
me in manus domini mei et ego ducam
te ad cuneum istum. **E**t iuravit ei da
uid. **Q**ui cum durisset eum ecce illi di
scumbant super faciem vultus terre
comedentes et bibentes et quasi festum
celebrantes diem per cuncta preda et
spolia que ceperant de terra philistinim
et de terra iuda. **E**t percussit eos da
uid a vespere usque ad vespere alte
rius diei et non euasit ex eis quisquam
nisi tantum quadringenti viri adole
scentes qui ascenderant camelos et fu
gerant. **F**uit ergo dauid omnia que
tulerant amalechite et duas ux
ores suas eruit. **N**ec defuit quisquam a
paruo usque ad magnum tam de filiis
quam de filiabus et de spoliis et quicunque

rapuerant omnia reduxit dauid
et tulit vniuersos greges et armen
ta et minauit ante faciem suam. **D**ix
eruntque **H**ec est preda dauid. **V**enit
autem dauid ad ducentos viros
qui lassi substiterant nec sequi po
terant dauid et residere eos iusse
rat in torrente besos. **Q**ui egressi sunt
obuiam dauid et populo qui erat cum eo
Accedens autem dauid ad populum sa
lutauit eos pacifice. **R**espondensque
omnis vir pessimum et iniquum de viris
qui erant cum dauid dixit **Q**uia non ve
nerunt nobiscum non habimus eis quicquam
de preda quam eruiimus sed sufficiat
vnicuique vxor sua et filii quos cum
acceperint recedant. **D**ixit autem da
uid. **N**on sic facietis fratres mei de
hiis qui tradidit nobis dominus et custo
diuit nos et dedit latrunculos qui
eruperant aduersus nos in manus non
stras nec audiet vos quisquam super
sermone hoc. **E**qua enim pars erit
descendentis ad prelium et remanentis
ad sarcinas et similiter diuident. **E**t
factum est hoc ex die illa et deinceps
constitutum et premissum et quasi lex in israel
usque in diem hunc. **V**enit ergo dauid
in hielech et misit dona de preda se
nioribus iuda primis suis dicens
Accipite benedictionem de preda hosti
um domini. **H**is qui erant in bethel et qui
in ramoth ad meridiem et qui in
geth et qui in aroer et qui in sephamoth
et qui in esthama et qui in rachal et qui in
urbibus iterameli et qui in urbibus
cem et qui in rama et qui in lacu asan et
qui in athach et qui in ebron et reliqui qui
erant in hiis locis in quibus com
ratus fuerat dauid et viri eius.

Philistinim autem **C**axxi
pugnabant aduersum israel